

que: *Alioquin si quis damnatus digito habue-  
rit, aut Sardonycha, aut aliam gemmam ma-  
gni pretii, vel si quod chirographum magnae  
pecuniae in sinu habuerit: nullo iure illud in  
pannicularia ratione tenebitur.* Pannicularia  
sunt ea, quae in custodiam receptus secum attu-  
lit spolia: quibus indutus est, cum quis ad sup-  
plicium ducitur, vt et ipsa appellatio ostendit:  
ita neque speculatores vltro sibi vindicent, ne-  
que optiones ea desiderent, quibus spoliatur,  
quo momento quis punitus est. Hanc ratio-  
nem non compendio suo debent Praesides ver-  
tere: Sed nec pati optiones, siue commenta-  
rienses ea pecunia abuti: sed debent ad ea ser-  
uari, quae iure Praesidum solent erogari: vt  
puta chartiaticum quibusdam officialibus inde  
subscribere: vel si qui fortiter fecerint mili-  
tes inde eis donare, Barbaros etiam inde mu-  
nerari venientes ad se vel legationis, vel alte-  
rius rei causa. Plerumque etiam inde contra-  
sas pecunias Praesides ad fiscum transmiserunt:  
Quod perquam nimiae diligentiae est: Cum  
sufficiat, si quis non in vsus proprios verterit:  
sed ad vtilitatem officii patiatur deseruire.

DISSER-